

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Maria ah
cum fonte primo

Quis misericordie tue, O benedicta, longitudinem, latitudinem, profunditatem, sublimitatem queat inuestigare? Nam longitudo eius usque ad nouissimum diem inuocantibus eam subuenit uniuersis. Latitudo eius replet orbem terrarum ut tua misericordia plena sit omnis terra. Sic et sublimitas eius ciuitatis superne inuenit restauracionem et profundum eius sedentibus in tenebris et in umbra mortis optinuit redemptionem.

Bernardus in sermone.

Quis ergo misericordiae tuae, o benedicta, longitudinem et latitudinem, sublimitatem et profundum queat investigare? Nam longitudo eius usque in diem novissimum invocantibus eam subvenit universis. Latitudo eius replet orbem terrarum, ut tua quoque misericordia plena sit omnis terra. Sic et sublimitas eius civitatis supernae invenit restaurationem, et profundum eius sedentibus in tenebris et in umbra mortis obtinuit redemptionem.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones in assumptione beatae Mariae uirginis*, 4, 8 (SBO 5, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., pp.249-50, ll.24-28, 1).